

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Oratio De Utilitate Studii Philologici Seu Antiquitatis Ad
Juventutis Institutionem Die XV. Ant. Cal. Novbr. Ad
Inaugurandum Gymnasium Oldenburgense Dicto Recitata**



König, Georg Ludwig

Oldenburgi, MDCCXCII

VD18 13042866

Farbkarte

urn:nbn:de:gbv:45:1-18717



L. L. B. B. S.

*Q*uum ad oratiunculam hanc conscribendam me accingebam, nihil minus mihi in mentem venire potuit, quam eam aliquando publici iuris esse faciendam; sed id modo egi, ut auditoribus, quorum indulgentia iam mihi aliunde perspecta erat, non omnino displicerem; sperabam enim, fore, ut rerum exilitatem & infantiam latinitatis aequi bonique consulerent, omniaque non ad aurificis stateram, sed ad vulgarem trutinam revocarent. *Quae* quidem spes me haudquaquam fefellit. Verum contigit, quod ego inscribenda hac oratione minime providere poteram. Morem nimirum & vulgarem, quae in orationibus huiuscemodi, ut aiunt, obtinet, consuetudinem viri perillustres, fautores mei, in aeternum colendi & observandi, secuti, mecum egerunt, ut hanc schedulam in lucem edere non